

Sermo

R

et fluxerunt aque. i. quia infusio gratie scindit et emollit cor peccatoris ad lacrimarum effusionem. Debet fidelis habere quintuplex verbum. scilicet confessio: quo exponat deo suam miseriam. Sed multa muta sunt ab huiusmodi verbo. Unde ait dominus iherem. viij. **A**ttingit et auscultavit. Orationis quo postulet veniam de preteritis. tutelam a presentibus. cautelam a futuris. Sed peccator mutus est ab hoc verbo. Unde psa. x. Non fuit qui moueret prenam. scilicet qui ieiunaret vel elemosinam daret: que sunt due orationis ale. et aperiret os et ganiret: fleat et gemitendo. Laudis et gratiarum actionis: ut sit curialis et referat gratias bene factori. Sed dicit psa. lxxvi. Indulisti genti domine indulisti genti. scilicet remittendo culpam et penam. Correctionis verbum: ut corrigat. Sed multa sunt qui derident. Unde ibere. ir. Vir fratrem suum deridebit. Instructionis: quo instruat ignorantem. sed dicitur treno. i. Parvuli petherunt panem et non erat qui frangeret eis. Ihec sunt quinque verba que apostolus vult loqui in ecclesia. 1. cor. xiiij. tria ad deum: et duo ad proximum.

¶ Eodem die.

¶ Sermo. xlv. de evangelio.

Quoniam immundus spiritus exierit ab homine. Tria notantur in hac parabola. Primum est maligni spiritus per prenam expulsio cum dicit. Cum immundus spiritus exierit ab homine. Secundum est perfectorum grauis temptatio cum additur. ambulat per loca iniqua

quadragesimus quintus

R

107
querens requiem etc. Tercium est imperfectorum periculosa reuolutio: cum subditur. Tunc vadit et assumit septem alios spiritus nequiores se etc. Malignus spiritus immundus dicitur propter tria. Primo propter immunditiam propter iniquitatis ad odium: ut perpetuo odiretur a deo. Unde dicitur ecclesiastici. xxviii. Repleta sunt interiora tua iniquitate: et peccasti. scilicet peccato superbie: et eieci te de monte sancto dei. id est de celo empyreo tanquam leprosum. et perdidisti te. id est perpetuo damnaui te o cherub de medio lapidum ignitorum. scilicet de consortio angelorum. **S**ecundo propter immunditiam suggestionis. quia fedat immunda suggerit. Unde dominus ait leui. xv. Docebitis filios israel ut caueant immunditiam. et non moriantur in sordibus suis: cum polluerint tabernaculum meum. scilicet cor proprium in quo ego habito. Dyaabolus enim contagiosus est ad modum leprosi. quia statim inficit cor humanum: cum se ei applicuerit per consensum. Unde de alibi orat ecclesia. Da quesumus domine populo tuo dyabolica vitare contagia etc. **T**ercio propter immunditiam hieationis quia non habitat nisi in immundo loco. id est exiit in mortali peccato ad similitudinem vepre que edificat in stercore. Unde demones dicit dominus matth. viij. Si eijcis nos hic mitte nos in gregem porcorum. Exiit autem ab homine per sacramenta ecclesie. et primo per baptismum in quo remittitur originale peccatum. Unde in exorcismo pueri sacerdos adiurat dyabolum ut exeat et recedat ab eo. sed repetit hieaculum suum cum puer labitur in mortale peccatum. **S**ecundo

m. iij.